



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 2. Nocumenta ab aquis illata, & significata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

curru, infantum more, vectum, & familiae negligentia in vicinū flumen, de ponte, lapsus, dictoque citius submersus, hæredem masculum vnicum aspexit. Vidit cadauer & ferè oculos effleuit; nam & ducatum vidit cum eo, è familia abiturum. Quàm ille tunc nullas voluisset, in orbe, aquas extitisse, ne lachrymis eas augere cogeretur.

§. II.

Nocumenta ab aquis illata, & significata.

Querelæ istorum, aliorumq; taliū threnantantas causas, quanta damna videntur habuisse. Quæ alij latiùs senserunt. Quam enim etiam miserandum fuit, maximè Venetijs, diluuium, quod, cum ingentibus tonitruis An. Christi 586. coniunctū, secutus est pestis sæuissima, Romæ, ob foetorem serpentum in ripas vndiq; eiectorū? An. 1086. tanta extitit, in Italia, aquarum inundatio, vt quasi liquefactæ rupes, sua ruina villas complures perditum irent. An. 1136. maribus suis finibus inopinatò egressum, Belgij partem haud exiguam, cū suis incolis, submersit. Nec, in Gallia, Sequana tantum, per totam niuersam Lutetiam, ita exundauit, vt, tellurem Genebrardo, octo dierum spacio, vix periret.

Palm.
Anno
586. Ciac.
in Pelag.

Sigebert.
An. 1086.
Rob. An.
1136.

Gene-

cos iter fieri posset, nisi navigio; sed & An. 1570. initio Decembris ita intumuit Rhodanus, vt Lugdunensis, quod trans Rhodanum est, suburbij partē diruerit, pontēmq; Lugdunensem ac Viennensem ex parte subuerterit. Atque, vt in compendio omnia comprehendā, communes loquendi formulæ, si magnum exprimendum est malum, dicunt, aliquem *fluctibus agitari, procellā temporis non deuitasse*. Hinc illa Liuij: *Equestrē procellam excitemus oportet, si turbare, ac statum mouere volumus*: & ista Tullij: *Procella patria, turbo ac tempestas pacis*. Et ipsa diuinæ littere, magnam tribulationem, aqua metaphorā solent significare. *Tanquā inundantes aqua, sic rugitus meus*, ait Iob. Et alibi: *Apprehendet eum, quasi aqua inopia, nocte opprimet eum tempestas*. Et Dauid: *Assumpsit me de aquis multis. Quoniam intrauerunt aqua vsque ad animam meam. Infixus sum in limo pro-fundi, & non est substantia. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me*. Denique vbi multa & magna confluunt mala, mare quoddam malorum appellamus. Hæ sunt querelæ, & causæ querelarū, non iam apud mansuetissimum, & in aduersis constantissimum Dauid, sed apud eos, qui *contra iuris*

brard. in Bonifacio VII. Gill. Caronæus. Med. Annonzen. in Ephemer,

Liu. lib. 10. de bello Punico. Cic. pro domo sua.

Iob. 3. 24. Iob. 27. 20.

Psal. 17. 17. Psal. 68. 2.

formã, vt ita loquar, *postulant*, non esse, quod
vident sibi noxium esse, hoc est, apud im-
patientes. At quid tandem illis rectum est
Plin. lib. apud quos nõ est rectus intellectus? Taxu
15. cap. 2. arbor est, non modò funesta, sed & venena-
ta. Ex hac si fortè pocula confeceris, &
vinum infuderis, quantumuis suaue & de-
licatum, continuò fiet noxium & insalu-
bre. Ita amari sunt quorundã animi, apud
quos, omnia amarescunt. Vbiq; inueniunt,
quod illis displiceat; quia res non aspiciunt,
quales sunt, sed quales illis, turbato animo
& iudicio, videntur.

§. III.

*Plerumque in hominibus magis, quàm in
quis, causam esse valetudinis offense.*

Ast aliter Sancti suprã laudati, aliter ra-
tio recta, cui omnia opera Domini, vti sunt,
ita esse recta videntur. Vt ergo de querelis
illorũ cognoscamus, ad tria capita possunt
reuocari: *ad offensionem sanitatis, ad inundationes
& dilunia; ad naufragia & suffocationes.* Ad primum quod attinet, communis
caussa est, cum omnibus creaturis: nulla
nocet incautis. Certè de potu si sit sermo,
plures nimio vino, quàm nimia aqua potã-
da, valetudinem amiserunt. Et quid tandẽ
est,